



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. X. Miracula. Laus Bapristæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

SPITO-
MA VI-
EAT
CHRISTI
ANN.
XXXII.

Stulti
super a-
renam.

Ioan. 8.
Luc. 11.

flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram. & omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam: & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

20.
Luc. 10.
Matth.
II.
Parvulus
resuscitatur
Dei Japi-
quasia.

Et exultavit Jesus in Spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Et conversus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.

CAPUT X.

Miracula. Laus Baptistæ.

1. Iesum mundat leprosum.
2. sanat servum Centurionis.
3. Resuscitat filium viduæ Naim.
4. Commendat Ioannem Baptistam, qui duos de discipulis miserat ad Iesum.

1. **C**UM autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et

extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra ejus.

Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit; & servo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Jesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham Isaac & Jacob in regno cælorum: filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

Et factum est, deinceps ibat Jesus in civitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli ejus, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba civitatis multa cum illa. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus

E 2 super

2.
Centurio
onu ser-
vum eua-
rab.

Centurio
onu ser-
vum
dei.

à Christo
laudato.

3.
Vidua
filium
mortuum
resuscit-
at in
Naim.
Luc. 7.

SPITO-
ME VI-
TAE
CHRISTI
ANN.
XXXII.

super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit localum. (Hi autem qui portabant, steterunt.) Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & coepit loqui. Et dedit illum matri suae. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: Quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitavit plebem suam. Et exiit hic sermo in universam Iudaeam de eo, & in omnem circa regionem.

4. Et nuntiaverunt Joanni discipuli ejus de omnibus his. Et convocavit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? (in ipsa autem hora multos curavit a languoribus suis, & plagis, & spiritibus malis, & caecis multis donavit visum.) Et respondens, dixit illis: Euntes renuntiate Joanni, quae audistis, & vidistis. Quia caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur: & beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntii Ioannis, coepit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste

Legatio
discipu-
lorum Ba-
pista ad
Iesum.

Respon-
det iis
Christus
se esse
Messiam.

pretiosa sunt & deliciis, in domibus Regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Utique dico vobis, & plusquam Prophetam: hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum antefaciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno caelorum, major est illo. A diebus autem Ioannis Baptista usque nunc, regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et omnis populus audiens, & Pulicani, justificaverunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisei autem & legisperiti consilium Dei spreverunt in semetipso, non baptizati ab eo. Ait autem Dominus: Venis Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum: & dicitis: Daemodium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo devorator, & bibens vinum, amicus Publicanorum, & peccatorum.

Commen-
dat Ioan-
nem ut
plusquam
Propheta-
ram; ind-
ut Augu-
stum.
Matth.
11.

Applau-
dit: Chri-
sto publi-
canti: &
populum
spernunt
Pharisei
& legis-
periti.
Luc. 7.

CAPUT XI.

*Vis vere contritionis in conversione
Magdalena. Verbi Dei au-
ditores.*

1. Iesum remittit peccata mulieri peccatrici.
2. Maria Magdalena ministerio & facultati-
bus vivit: Christus & Apostoli.
3. Curat item Iesum daemonicum tacum, &
mutum hominem.
4. Proponit parabolam seminantis, & explicat.
5. Aperit & legit librum Isai in Synagoga.

REGA-